

**C**helidonium, abstergēdi uim habet, et  
tatis calefaciendi, & succus acidus est, ubi  
aliqua crassitudo coiuit in pupillam, quæ  
non facile possit dimoueri eam distrahit,  
V si autem sunt quidā radice ipsius arqua-  
tis salubri ad opilationem ex iecore amo-  
uendam in uino albo exhibēdo cū aniso  
potandam.

*Cistom. m. seris.*

*Camomilla i. Anthomis.*

### De incipientibus & D litera.

*Airabes fistula pastoris  
verat.*

**D**Amazonium, uel alcysma, huius ra-  
dicem, ait Aetius, se expertam fuisse  
coctam in aqua, aqua pota, attrito  
fuisse in renibus lapillos.

*Danrys pastinara ad his.*

**D**aucus, quem etiam staphylinum no-  
minant, agrestis minus manducabilis do-  
mestico, at in cunctis uehementior, uerum  
domesticus manducabilis quidem, sed im-  
becillior. Sunt autem acutæ & calidæ po-  
tentiae, & ob hoc attenuantis. Radix igitur  
obtinet quiddam inflatum, & perinde ues-  
nerem exuscitat. Semen domestici quidē  
quiddā habet exacuens uenerem, at agres-  
stis prorsus sufflatiōis expers est, & ob hoc  
urinam cit & menstrua.

*Daphne alexandrina  
ydea Danae Hippolepta  
Zala Stephani idem.*

**D**daphne, herba etiam alexandrianomi-  
nata. **D**daphnes arboris, id est, lauri, & folia,



**D**iptamo. aut dictam. Diastou-  
des. Operatio dictami cōsistit operio pul-  
si dormienti. nisi q̄ p̄ fortius vniue. et  
mitrat in gſtoleg rugositas. q̄ fuit rebra  
moris venenosos. et p̄uorat urinā et me-  
strina. et q̄n reburritur fugat venenosā ſuo  
odore. Dictam dicitur a diptamo. fum-  
iū ea q̄ fuit diptam. mſi. q̄ cōdicta.

& fructus, & baccæ arefaciunt, & multum  
calefaciunt, magisq; baccæ. Cortex autem  
radice minus est acutus & calidus, sed mas-  
gis amarus, quiddam habens acerbi. Hæc  
calculos terunt, hepaticosq; iuuant, bibitur  
autem in uino odorato trioboli pondere.

Dictamnum magis tenuium partiū est δίκταμνος πυλρόν αγκ  
glicheone, in ceteris autem consimile, quod Dios. li. 3. plmns lrs  
aut dicitur pseudodictamnū, imbecillus. cap. 33. a vulnifanis a  
Dipsacus, huius radix in secundo est or δίψακος ειναι ουληνη τελα οινη  
dine arefacientium, habet aut etiam quid- statm e vulnere tula oij  
dam abstergens. Διψακος ειναι φυλλων. ant uen radig

Dorycnium simile temperamento est pa-  
paueri & mandragoræ, & alijs ita refri- δορύκνιον.  
gerantibus, parū si sumatur perturbat mul- Dios. li. 4.  
tum, occiditq;. cap. 69.

Dracontium, acutius est aro & amarius  
& magis calefaciens, & partiū magis tenui-  
um, breuem quandam habet acerbitatem  
cum acumine & amaritudine, unde in his  
præcipue efficax est medicamen. Radix si  
quidem purgat intestina, cunctosq; humo-  
res crassos & tenaces, & hulceribus in ma-  
la cōsuetudine uetus istis remediuū est, purgat  
& absterget plurimū cuncta quæ sunt ab-  
stergenda, & uitiligines cum aceto, sed fo-  
lia hulceribus & uulneribus recētibus me-  
diantur, et quanto minus fuerint arida, tanto  
Vitiligies  
fiunt can-  
didæ ex pi-  
tuitoso  
humore.  
Nigræ ex  
atra bile.

magis glutinant. Aridiora siquidem potestate sunt acutiora, uel ut conuenit uulnibus. Creditur autem etiam caseum immunē à carie custodire extrinsecus appositiū. Fructus autem ipsius ualidior est radice, Creditur siquidem cancros & polyposidas colliquefacere, ipsius fructus succus quæ sunt in oculis purgat.

*Dactylus ē palma.  
Dragaz mūd ē frigatōthv.*

### De incipientibus ab E litera.

**E**biscus, uel althea, malua est agrestis, uim habens distrahendi & deprimendi sine pituita reddens, phymatū quæ difficulter concoquantur mitigatrix, tam radix id facit, quā semen, in cæteris herbæ uiridi consimilis est, magis tenuantem & arescentē uim ostendit, & perinde semen in renibus calculos terit. Radicis autē cætio ad tormenta & profluuiū alui, sanguinis reiectionē utilis est, quippe quæ acerbescentem quandam uim obtinet.

Ebenus lignū est eorū, q̄ in succum resoluuntur, abstergendī potentiae, & partiū tenuium. Inde quæ pupillis officiunt oculorum abstergere creditur, alijsq; potentij amissetur congruis oculis, q̄cunq; hulceribus & fluxibus et pustulis ueteribus adhibent.

*Georg  
Dios. li. i.  
ca. 30.*